

predestinatum existat; non^a omittamus etiam, quid post Ylion^{*} pulverem hyrcorum^{**} gradibus generosis orbique^b proveniat, ut futuris temporibus cautum existat^c. Delphos^{d.***} siquidem Pellidem[†] Calcamque^{e.††} transmittitis, opus humanum consulitis^f, fictilem deum exquiritis. Numquid^g ex ipso ineffabilis^h conscientia cognosceturⁱ? Nunc vero sollicitatis ocium puellare, ut extra morem solitum summa^{†††} dimensio propulsetur. Nos autem contemplatione in altissimum habita respondemus:

Sudoris opus aggredimini^k, o Danay, sollicitudinis^l et cruoris, donec X pedes premensurati discurrant, Ylion pereat, Laumedontidis^m proenies evanescat, preda^{††} redeatⁿ ad Atridem^{**†}. Precedet siquidem sanguinis effusio inestimabilis Danaumque exanimatio^o, Frigiorum^p audacia, donec dolor impudicus Pellidem urgeat, duos leones^{***†} Laumedontides^q fortissimos virtute prosternat; fietque Frigiis animorum debilitatio^{†*}, donec virginalis concupiscentia Eacidem afficiat et enervet. Set hyrcorum calliditas convalescet, Ylion

*) Gl. 1: Ylion est palatium Troie, unde ponit partem pro toto. — Gl. 3: s. palacio Troye.

**) Gl. 1: id est Grecorum, quia forte colebant ydolum ad similitudinem hyrci in 3 nur: s. Grecorum.

***) Gl. 1: Delphos est locus, ubi colitur deus Appollo, ad quem Greci, cum proposuissent obsidere Troiam, miserunt Pellidem, ut responsum acciperet, quis finis obsidionis esset futurus. Troiani vero miserunt ad eundem deum Calcem. Qui recepto responso non rediit Troiam, set cum Achille proficiscens in obsidionem Troie venit. Utrasque gentes arguit Sibilla dicens, quod si quem deum consulerent et opus humanum requisiverint, ex quo ineffabilis conscientia, scilicet voluntas Dei, non poterat sciri. — Gl. 3: Locus est, ubi colebatur Appollo, ad quem Greci a ductu rithee (so corumpiunt die Hs.) Troiam (? iñ Hs.) Achillem et Calcem misere, ut ab Apolline sensum susciperet; quos Erithea reprehendit.

†) Gl. 3: id est Achillem.

††) Gl. 3: s. filius Nestoris.

†††) Gl. 3: id est consumenda.

*) Gl. 3: s. Elena.

**) Gl. 3: s. ad Menelaum.

***†) Gl. 3: s. Ectorem (Octorem Hs.) et Troylum.

†*) Gl. 3: s. de Pellisena, vel quia mortuus fuerit Achilles.

a) ex. delfos (getilgt) ne 3. b) urbiq. 4. c) 'auspicer' fügt hinzu 5. d) Delfos 3; Delfo 2. e) caldamque 1; calchamque 4. 5. f) Fehlt 5. g) nunc quid 3; nunquam 2. h) ineffabile consilium 5. i) cognoscitur 4. k) aggredimur 5. l) solliciti sonus 2. m) 'Laumedontidis' hier 1; Laudumendontis 2; Laumedontis 3. 4. 5. B. n) reddeat 1. 4. o) examinatio 2. p) Frigum 2; Frigium 3; Phrigum 4. q) Laumedontides 1; Laomentocides 2; Laudumedontides 3; Laumedontidis 4; fehlt 5.